cipuus/hic ſecũdo loco mulieꝝ illuſtriũ ſeu claraꝝ:foꝛe apponendam: Hec ita
qꝫ:taꝫ Iure oꝛiginis q̃ꝫ in colatꝰ:oĩ ſplẽdoꝛe illuſtrata eidem deus paradiſum
velut ameniſſimũ pꝛedium vrbanis conſitum inſignibus/ ⁊ ruſticis conuenu
ſtatum arboꝛibus ſub quadam lege donauit. Que loci illius patrona effe-
cta dum vna cum viro illius delitijs delectabiliter frueret̃ eueſtigio ille moꝛ
tis pꝛeſeminatoꝛ tante felicitatis inuidus quedam nepharia eiꝰ animo ingeſ-
ſit/ſi de pomo tantummodo ſibi vetito comederet/mox in ampliorem gloriam
peruenire Cui duꝫ leuitate feminea crederet/arbitrans ſua quadã ſtulticia ad
altioꝛa cõſcẽdere ſtati cõtẽpto vnico dei ſui mãdato.pomũ vetitũ deguſtauit

moxqꝫ vir̄ ſuum nimiū flexibilem in ſuam ſentētiam ⁊ errorem traxit. Qui temerario auſu pomum arboris boni ⁊ mali deguſtato:ſe ⁊ omne futurum genus ex eternitate ⁊ quiete optima:in miſeram mortem traxit.ac in corporibus humanis quoddam venenum latenter immerſit. Qui ſcilicet vnicam perfectamqꝫ hoīs nām:quadā diuiſionis diſcordia īduabus ſubſtātijs diuiſit. vt cū hūano generi:i vna tm̄ mēs eēt.i.quedā germanitas aīe ⁊ corpis:ꝑ vicia tā nām(ob ei⁹ ꝑcepti trāſgreſſionē)aliā voluntatē:ꝯtra nām ſibi adeo ꝯceſſaꝫ i aīam īgeſſit.Quā obrē ⁊ paulus dixit.Uideo aliā legē i mēbris meis:repugnātē legi mētis mee:⁊ captiuantē me i lege peccati,q̄ ē i mēbris meiſ: Itaqꝫ parētes nr̄i cū clemētia dei ſūmi feliciſſimi haberent ꝯfeſtim a turbato creatore maledicta ſup ſingulos eoꝝ,ꝑut criminis quantitas exigebat:receperūt.De qbus īfra dicemus.Uerumtñ:vt mortē inuētaꝫ vidit.mox velut piiſſimus pr̄ eiſdeꝫ ſalutis ſue miſteriū oñdere curauit. Ut nouo more,q̄ materia fuerant Iracundie:origo eē viderent ⁊ clemētie.Sic arcana opatione manifeſtās:qd i firmitatē ſuā argumētum voluerit eē virtutis:quantūqꝫ eos amaret:duꝫ i ipꝫ peccaſſent:oñderet: Deus autē ꝯtra oēm ſpem:ex diuitijs ſue miſericordie:i malo bonū nactus:in Iracūdia pietatē generās peccandi ſemen fructū voluit euadere miſerēdi.Et q ipſos ac poſteros oēs pp tranſgreſſionē pdere debuiſſet:pp miſericordiā ſuā reparanduꝫ eſſe ꝑmiſit:Atqꝫ illo tpe quo ſupliciū merebant argumētuꝫ ſaluatiōis oſtēdit.In ipſa ergo parēte nr̄a Eua vt dñs locutus eſt'ſtatiꝫ oībus poſteris miſericordie ſue ſpopōdit auxiliū ſtatimqꝫ ignotūꝫ ēt ipſis angelis ſacramētuꝫ qd nouiſſimo tpe īplenduꝫ ē publicauit:⁊ de terreno ade:Adaꝫ ꝑmiſit e celo Nā cuꝫ ſerpētēꝫ ꝑ demerito ſuo malediceret Iuſſit ip̄rimis euꝫ terraꝫ ꝑ cibo habere deinde q: mortē illam ipſe primus feciſſet:addidit dicēs.Et ponā inimicitias inter te ⁊ ſemē mulieris. Ipſa qppe caput tuū calcabit:⁊ tu eius obſeruabis calcaneuꝫ:Ex quibus qdē verbis iaꝫ in muliere Eua:inuitur nobis Mariaꝫ dñi nr̄i Ieſu xp̄i matrē fuiſſe ꝑmiſſam' Que ſerpentis inimicitijs oppoſita eſt.ponam inqt inimicitias inter te:⁊ mulierem: Non certe dicit pono.Ne hoc ad Euam hāc ptinere videretur:Uerbū eſt promiſſionis(vt diuus reffert hieronymus)qd i futuꝝ tranſmittit: Ponaꝫ inquit inimicitias inter te:⁊ mulierem.Illaꝫ vtiqꝫ dico mulierē:que ſaluatorē parturiat'nō que generat fratricidam. Ponam inquit ideſt mulierem ſuſcitabo.que nō ſolum te audiat ſicut iſta Eua facilis:⁊ nimium credula:ſed etiā gabriele ipſo defferente verbum,exigat rationem de nouitate promiſſionis dicendo: Quomodo erit iſtud:quoniam virum nō cognoui. Illam vtique ſanctam quam:ad viſionem angeli pudor aures tremere fec:Fidey tamen ardore ⁊ conſtantia labi neſciam:ad inquirendam rationem fecit audacem: Et que aduenienti preſtitit de pudore:quod tacuerat:hoc promittenti de admiratiōe nō ceſſit. Nam ⁊ ſolicita de eo quod annunciabatur: exquiſiuit.Cui Angelus:Spiritus ſanctus ſuperueniet i te:⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ecce quia iſtud ē ſemē mulieris quod nō per miniſterium comixtionis ſeruum īfundatur in corpore ſed clauſtro virginitatis clauſo:inuenitur in vtero: Ipſum itaqꝫ huius ſanctiſſime virginis ſemen:fuit dominus noſter ieſus chriſt⁹ qui ſecundum carnē prēꝫ hoīem nō habuit. Denique ſubiunxit dicens. Et

ipſa tuũ calcabit caput. Et qs dubitet: ꝙ nemo: ꝑter dñm nr̃m ſerpentis caput
calcauit. qui ſolus. ſuper dracones ⁊ Scorpiones ambulauit: ipſeq; omnem
duxit captiuitatẽ: Nã ꝙ ſequit̃: Et tu iſidiaberis calcaneo eiꝰ/ad quẽ aliũ cre
dimus ptinere/niſi ad futurã hoĩs reſurrectionẽ? Sic eni calcaneũ dicimꝰ ad
vltimã veſtigij hoĩs ptinere. Similes eni ſibi parẽteſ vz Adã ⁊ Euã i. ad ima
ginẽ ſuã fecit dñs/cũ feciſſet eos/⁊ ſimiles futuri ſũt cuz reſurgẽt: qm̃ qcquid
nũc i nobis auctori nr̃o diſſimile vr̃. id oẽ trãſgreſſionis vitio hoꝝ parẽtũ nr̃o
ruz ipreſſuz ẽ: Ipſe eni mẽdatioꝝ artifex viuaz hoĩs formã/ſuis deceptionibuſ
deformauit/⁊ ſuã prauitatẽ nr̃is in mẽbris/dũ mẽtes corrupit aſcribit: q̃ oĩa ꝑ
reſurrectiõis gl̃iaz tãdem ſua pietatẽ ⁊ ꝟginis matris ſue glorioſe ĩterceſſiõe
diluent. ⁊ id ſolũ/qđ reꝝ oĩuz auctorẽ tanq̃z i ſpeculo reddat emicabit. vt ipſe
Inimicus inuẽtor mortis/ſe doleat/ſuũ opus pdidiſſe. ⁊ homo tãdez ſe integꝛ
fore gloriet̃: Nõ tñ hoc oẽs/ſed iuſti tm̃/in luce erũt. Qm̃ oẽs reſurgemus qui
dẽ/ſed nõ oẽs imutabimur. Ipſaz eni pſonaꝝ diſcretionẽ/vtiq; faciet diuerſitaſ
meriti: Ad Euã igit̃ redeũtes: dico/ꝙ poſtq̃z plurimũ obiurgata fuit. illã dñſ
cũ ꝓthoplaſto nr̃o/pizomatibus cinctos ex loco delectabili iter montes ⁊ ve-
pres/ad anxios labores cõfeſtim emiſit/Cũq; in hebron agro laſſi ⁊ exules tan
dẽ peruenieſſent. Ibidẽ egregia mulier (vt nõnulliſ placet) ꝑmuz vertẽte viro ligo
nẽ terrã/ipſa colo nere cepit. Atq; ibidẽ (vt methodiꝰ martyr ſcribit) cẽtũ par
tus: cũ itollerabilibꝰ doloribus edidit: ac alios labores ⁊ algores plurimos: ⁊
alia multa huiꝰ vite icomoda vſq; iſeniũ ſuſtinuit. Tãdẽ i mortẽ ſibi a dño ꝓ
nũtiatã cũ pueniſſet/eo i loco cũ viro ſuo vbi dñs crucifixus eſt ſepulta fuit.

¶ De ſancta Sara Abrae vxore. Capitulum tertium



Sara hebrea femina/magni patriarche Abrae vxor/iui-
cte fidei ⁊ amoris i deũ ac viꝝ ſuũ/atq; ẽt ſpectate for
moſitatiſ mulier/ãno añ xp̃i dñi nr̃i ad uẽtũ ſeptuageſimo octauo ſupra mille
ſimũ ⁊ octigẽteſimũ. cũ cẽtũ ⁊ viginti ſeptẽ vixiſſet annis i chananeã Syrie
ꝓuiciam: ſctiſſime mortẽ obijt: quam Abraã vir ſuus i ea pegrinuſ (poſt pij
entiſſimũ ꝯiugalis amoris luctũ) i he
bron (ꝑmittẽtibꝰ chananeis) ſepeliuit.
Ipſa qppe mortua/Abraã vtiq; iuſtiſ
ſimus vir/mox ibidẽ agruz a quodam Ephron hebronita quadringẽtis ſiclis
ꝓbate monete emere voluit. In quo: nõ ſoluz ipſi: ſue vxori defuncte ſed ⁊ ſibi
atq; eius ſoboli: ſepulchra cõſtituit: Hec Sara: Aram Thare ꝯdam patriar-
che filiuz: habuit p̃rem q abrae ⁊ Nachor fr̃ fuit. Cuius pr̃ Aram: loth filio ꝺ
relicto ⁊ Sara ⁊ Melcha filiabus: cũ apud chaldeos mortẽ obijſſet/Abraam
Sarã hãc ⁊ Nachor Melchã duxere vxores. Erat itaq; Sara iter vniuerſas
ſui ſeculi claras mulieres: cum inſigni formoſitate ⁊ pulchritudine: tum deo

digniſſima pro ſtudio quod circha eum habebat plurimū inſignis & pſpicua pſeuerauit āt in ea(vt ſacra libri geneſeos hēt hiſtoria)vſq; in ſuā ſenectutem celeſtis quidā decor: ac pulchritudinis elegantia:ita vt etiā in illa:faciliſſime poſſet adamari: Abraam āt cū eam duxiſſet vxorē mox loth ipſius ſue vxores germanum:cū nullū legiptimum haberet filiū/adoptauit ſibi: Juſſuq; diuino cū eſſet etatis annoꝝ qnq; & ſeptuaginta/volens chaldeam dimittere/& ī chananeam demigrare ēt ipſa adoleſcētula iā inuicti amoris facibus ſuccenſa ī viꝝ ampliſſimas regiones viro peregrinari volēti/ſe ſe inuictam ac fideliſſimā comitē eſſe cōſtituit Eriſtimās illum peregrinationis laborem/diuini oīno fore cōſilij:atq; neminē preter ſe/poſſe viro/& dño ſuo/rite obſeqa oīa impēdere. q̄ res:etſi tenelle etati difficilimū videret̄/ꝑ nimio tñ amore/pſequēdi cōſiliū & ꝓpoſitū ſumpſit. Egreſſuſ itaq; abraā cū Sara de charā/perit ī chananeā/atq; cū multo labore tādē puenit ī ſichem/vbi altari edificato ſe ſe deo optimo plurimū cōmēdauit. Cumq; haud mlto poſt valida fames chananeā oppreſſiſſet/abraā famis neceſſitate ꝯpulſus:cū Sara hec ꝯiuge ſua & oī familia/ī Egyptū perit: Audierat eni egyptios feliciter viuer̄/eo ꝙ re frumētaria alijſq; plurimis bonis habundare.vt.ſ. eoꝝ.abūdantia/ſue inopie ſubueniret. Verꝝ cuꝫ prudētiſſimus ꝑ oīa hēret̄/ſciens egyptios ipuros quā maxime circha mulieres fore/veritus ne ꝑꝑ vxoris ſpeciē ab eoꝝ rege occideret̄.anteꝗ̃ Egyptū intraret(euitādi ꝑiculi gratia)optimā excogitauit artē/Vñ ipam ꝑmonuit/vt interogata/reſpōderet/ſe illius fore ſororē. Ab rege ergo iterogata: Dixit:ſe abrae fore ſororē/nihil vtiq; mētiti:erat eteni & hoc ꝓpinqtate ſanguiniſ:ſicut & loth ea rōne dictus erat frater: Atq; ita/hoc mō Sara pudicitiā ſuā deo optimo cōmēdans.ſe vxorē pharaoni tacuit/ſed eſſe minime negauit: Verꝝ cū pharao ipſam ſibi accepiſſet vxorē a deo/graui morbo eueſtigio afflictus eſt: Quib⁹ qdē malis ꝑmotus.ipſam illico ipolutā(multis donatā muneribus)marito reſtituit Quas obres & Sare pudicitia virtuſq; ac gloria apud maritū ſuuꝫ magis magis q̄ clarior effulſit. Fuit nempe(vt ꝑmiſſum ē)Sara hec vſq; ī ſenium eximie pulchritudinis/mirabiliſq; decoris femina: Qđ in nulla ꝓrſus muliere vnq̄ cōtigiſſe cōpertū eſt. Nā & ab imelech paleſtinoꝝ rex/ipam ī ſua ſenectute ꝑꝑ elegātie formā/ad corruptionē(licet fruſtra)adamaſſe legim⁹: Sed deus vbiq; de ſanctiſſima mulier ſepecialē curā habuiſſe viſus eſt. Demigrauerat enim abraam cum Sara vxore alia vice & ꝑꝑ famis neceſſitatē in gerara paleſtine Vbi cum Abimelech rex/vidiſſet eaꝫ:& ipe illi⁹ pulchritudie captus /ipſam ad corruptionem ad ſe adduci precepit. Qui mox ſumi dei voluntate:ī maximaꝫ deuenit egritudinē: Eumq; ob hoc/maximo cruciaret̄ dolore/ etiam dominus eidem per viſum terribilis apparuit dicens: Quare peregrino meo tantam iniuriam facere preſumpſiſti/vt aufferes ei vxorem ſuā? Quo quidē pauore & verbis expergefactus rex(etiā id amicis ſuadētibus)mox vxorē ꝑegrīo Abrae/& ipſe intactā reddidit. Et venia expoſtulata/ſe orōnibus Abrae humiliter comendans/illico tam ipſe rex q̄ ceteri ſui oēs ſanitatis benefitium cōſeq meruere: Erat nempe & Sara maxime fidey mulier/eratq; magne deuotioniſ rerum diuinarum:pro quibus plane ſtudijs:digna deo plurimum habebatur Quas ob virtutes ēt vir ſuus vtiq; ſanctiſſimus deo ſic volēte.ſicq; māddāte

per oīa eidem obediebat. Erat quoqꝫ abraā vir optimus: erat ꝛ ſapiēs rebus ī oībus primuſqꝫ prenūtiare preſumpſit: deū vnū creatorem eē cūctoꝝ. Et propterea ſolus inter oēs mortales fideꝝ pater appellari ꝓmeruit. Vn̄ ꝛ ipſe de⁹ eius ꝟtutes magnope ꝓprobās. Nō pdes inqt Abraam mercedē tuā/ Dignū ꝛ enim pro tali religiōe te exiſtimaui gratia mea/ Et idcirco habebis ait filiū pro mercede tua. ex quo tāta ſoboles ꝓueniet/ quātus eſt ſtellaꝝ numer⁹: q pre mľtitudie dinumerari minime poteſt. Attamē licet de ꝓmiſſis ſibi a dō nulla ei prorſus foret dubitatio. Nihilominus: eo ꝙ ī carne vna cū vxore dilecta viuebat/ ex tali deſyderio/ iugiter carnalibus mouebanť ſenſibus: Habet enim hoc impatiēs amor/ vt que magnope deſyderet/ ſemp habere exoptet. Ut aliud vix queat cogitare: ꝗꝫ qđ diligat. Nec amor capit/ de dilatiōe ſolatiuꝫ/ neqꝫ de difficultate remediū: Sara igiť aīaduertēs ſuam ſterilitateꝫ ſuamqꝫ ſenectutem/ amore filioꝝ iugiter īcredibili cruciabať deſyderio Quo quidē eſtu ꝑmota/ vnā ex Ancillis ſuis noīe Agar egyptia (ī primis dn̄o deo ſic ꝑcipiente/ marito ſuo collocauit/ tāꝗꝫ ex ea filios habitura/ vt ꝙ nā nō poterat/ voluntate ſuos faceret: Verūtamē de hac cōcubina) Ut diuus reffert Auguſtinus) vllo modo aliquod crimen ſanctiſſimo Abrae īferendū eſt: Quia ea ad explēdam libidinem vſus nō eſt/ ſed ad prolem procreādam: Optemperauit qppe coniugi ꝙ credidit ſue ſterilitati fore ſolatiū: Nulla vtiqꝫ ibidem laſciuie cupido/ nullaqꝫ neqtie turpitudo fuit. Ab vxore ancilla marito tātum modo proliſ cauſa tradita eſt. a marito etiam cauſa prolis accepta: Atqꝫ ſic ab vtroqꝫ ſolummodo nature fructus exqſitus eſt. Uerum ancilla cū ſe cōcepiſſe noſcet/ Sare dn̄e ſue īſuperbire cepit/ quaſi rex foret filius ex ea cōceptuſ: ꝙ Sara egre ferēs/ ſuſpitiōe muliebri/ viro ſuo illius crimē/ potius ꝗꝫ eidem imputare cepit.

At abraam vir ſanctus/ vt tātummodo volūtatem Sare impleſſe ac per oīa ſe inocētem demōſtraret pro illius vindicta: eueſtigio/ dixit. Ecce ancilla tua ī manibus tuis eſt. vtere ea quō libet: Corripiēte aūt eam Sara pro īgratitudie ꝛ ſupbia ſua/ fugam mox arripuit. Eunti aūt eā p deſertū/ angelus dn̄i occurrit ei/ dicēs. ipſam illico reuerti ad dominos ſuos: ꝛ vitā p̄ſtinā ꝓtinus emēdare/ Quod ſi fec⁹ foret: ꝛ deo iobediēs eēt: ſciret ſe ſtati morituram. Si autē rediret p certo fieret mr̄ pueri/ ī illa terra poſtea regnaturi: Reuerſa igiť domū: a dominis ſuis veniā obtinuit: Et poſt nō multū tpis agar Iſmaelē edidit filium. Quē Sara tāꝗꝫ ſuū cū īgenti gaudio ꝛ graꝝ actionib⁹ excepit. nutriēs ipm ac ꝓpriū: ꝛ ſui prīcipatus p oīa ſucceſſorē: Eo marie qꝛ putauit īpletū eē in ipſo ꝙ marito ꝓmiſſum fuerat. Cum ſibi vernaculū ſuū vellet adoptare. dicēte dō hic nō erit heres tu⁹: ſed q exiet de te/ ille erit heres tu⁹: Hoc ergo ꝓmiſſum/ ne ī ancille filio putaret impletū/ iam cū eſſet ipſa annoꝝ nonaginta/ ꝛ dn̄s/ ſu⁹ nouem ꝛ nonaginta apparuit dn̄s abrae/ ꝛ dixit illi: :Ego ſū deus/ eſto placēs in cōſpectu meo: ꝛ ponā teſtamentū meū īter me ꝛ te: ꝛ implebo te valde eriſqꝫ pater multarū gētiū: ꝛ nō appellabiť nomē tuū abram: ſed abraā ꝛ gētes: ac reges ex te exiēt. Deīde adiecit deus: Sarai vxor tua: nō appellabiť Sarai: ſed Sara erit nomē eius. Benedicam quoqꝫ illā: Et dabo tibi ex ea filiū: ꝛ benedicā illū: ꝛ erit ī natōes/ ꝛ reges gētiū ex eo erūt. Quib⁹ audiťs: abraā mox ꝓcidit ī faciē ſuā: ꝛ riſit. dicēs ī aīo ſuo: Si mihi cētū annoſ hn̄ti naſcet fili⁹ ꝛ ſi ſara an

noꝝ nonagita pariet: Subiunxit át deus Abꝛae ⁊ dixit: Utiqꝫ Sara vxoꝛ tua pariet(tibi ſingulari dono)filiū ꝑter nām. ⁊ vocabis eiuſ nomē: Jſaac: ⁊ ſtatuā teſtamētū meū ad illuꝫ/in teſtamētū eternū: Audiuit itaqꝫ demū deꝰ Abꝛaam:exaudiuitqꝫ ⁊ humilē Sarā dans eis filiū: Nā poſt hec/Sara euoluto anno/nō ſimpliciter ſecūdū naturā generandi/ ſed ſupꝛa nām ſue etatis(ꝙ nulli vnq̄ ꝯtigiſſe cōptū ē)gēuit Jſaac filiū/ꝙ maximi bñficij Jnditiū vtiqꝫ fuit. Jn iſto itaqꝫ ꝓmiſſiōis filioꝝ p grām:nō p nām fuit. De vocatione gētiū p grām /deꝰ euidēter itelligere voluit. Que.ſ.nō p gñationē/ſꝫ p regenerationē futura erat. Riſit igr̄ Abꝛaā i ꝓmiſſiōe dei/riſit ⁊ Sara/ſꝫ nō vtiqꝫ p moduꝫ irriſionis diſſidētiuꝫ/ſꝫ gratulātiuꝫ: Uerba eni eiꝰ illa,i aio ſuo: Si mihi cētū annos hñti naſcet̄ filius/etſi Sara nonagenaria pariet/nō fuere dubitātis/ſed potius admirātis ⁊ exultātis. Ex hoc eni puer id nom̄ hūit: Nā ꝙ riſus illi(vt pī Auguſtinus reffert)nō ad irridēduꝫ obpꝛobꝛiuꝫ/ſꝫ ad celebrāduꝫ gaudiuꝫ ꝑtinebat/pꝫ:qꝛ nato Jſaac/⁊ eo noie vocato. Sara mōſtrauit cuꝫ dixit. Riſuꝫ mihi fecit deus: Quicūqꝫ eni audierit/mihi vtiqꝫ ꝯgaudebit. Nato itaqꝫ Jſaac Sara etſi pꝛius Jſmaelē tanq̄ filium ꝓpꝛiuꝫ diligeret/verita/ne aliquādo ab ipo/filius ꝓpꝛius(moꝛtuo pꝛe)oppꝛimeret̄/noluit ipm cuꝫ Jſmaele enutriri: Sed marito ſuaſit/euꝫ cuꝫ matre i aliā regionē trāſmitti: Que qdē rex cū ab initio nimiuꝫ crudelis Abꝛae videret̄/filium vꝫ paruluꝫ cuꝫ muliere ſine alimēto ꝓ bijcere. poſtea cum placuiſſet/ad q̄ Sara ꝑcipiebat/cōſenſit. Tradito igr̄ Jſmaele puerulo matri cuꝫ aqua i vtre ⁊ modico pane: Juſſit eā abire/ireqꝫ:quo itineris neceſſitas iparet: Dum ergo abeunti:panis ⁊ aqua deficerēt. Agar in maximis curis ⁊ erumnis cōſtituta:puerum (jaꝫ morti ꝓximum)ſub arboꝛe ꝓhiecit:⁊ ne ea pñte deficeret:ꝓcul abſceſſit. Ad quam mox veniēs Angelus dei:dixit. ibidē adeſſe fontē:ex quo poſſet pueruꝫ recreare:monuitqꝫ eaꝫ:oīno erumnas declinare:ac puero curam adhibere:ꝙ ⁊ factum eſt. Sara igit̄ puerum cuꝫ charitate ſuſcipiēs:benigne aluuit ac p oīa religioſe educauit:atqꝫ illum icredibili affectu dilexit:eo ꝙ vnigenitus eēt. ac ꝓ eo:ꝙ ſingulari priuilegio atqꝫ munere ſibi dñs cōceſſiſſet. Jpſe quoqꝫ puer parētes ad amoꝛē ſuum atqꝫ fauoꝛē ꝓuocabat:ꝙ oī virtute ſtuderet:⁊ ipſoꝝ magnā haberet ſolicitudinē atqꝫ affectum circa religionē. Cuſtodiebat ⁊ eni ad coꝝ Jmitationeꝫ ꝑcepta dei:eiuſqꝫ iuſtificatiōes atqꝫ legiptima: Poꝛro ipſaꝫ Sarā cognouiſſe diuinitatē vnā eē:eandēqꝫ ſubſtātiā:atqꝫ ipſam i tribus equaliter ꝑſonis i eē abſolute:⁊ idubitato crediciſſe haud dubito: Et idcirco eius nomē ſctus appellatum eſt. Sicut ⁊ paulus in Epl̄a ad hebꝛeos ſcripſit:dicēs. Sara:ex fide:virtutem accepit. ad emiſſionem ſeminis. Eius equidem fidelis conſtantiſſima:ſpeſqꝫ certa:ac charitas immenſa:maxime vtiqꝫ erāt. ꝙ eius ſanctimonia ⁊ ceremonia/cultꝰ:nec nō ⁊ religiōis ſtudiū ꝑoptime demōſtrabāt. Eius dēniqꝫ matrimonialis beniuolētie charitas ſancta ⁊ incredibilis pene fuit. Naꝫ tāto amoꝛis ac vere reuerētie ſtudio viꝝ ſuuꝫ quoaduixit ꝓſecuta ē. vt nō ſoluꝫ illū verbis decētiſſimis appellādo euꝫ. Dñm ſuuꝫ:teſte btō petro aplo: ſꝫ ⁊ ipſiꝰ oēs quas ꝑpeſſus fuerat:i corde ſuo ſecreta ſemꝑ ſuſtinuit paſſiones: Perſepe eni eiꝰ coꝛde obuerſabant̄:q̄ ⁊ quāta vir ſuus ſanctus Abꝛaā paſſus fuerat duꝫ fidē:ſolus īter cunctos ſeruaſſet incredulos caldeos:dum patriam

⁊ ꝓpinquos óſeruerit/ dũ ſuã ſterilitatẽ ꝯdoluerit. dũ pp famis egeſtatẽ mõ i Egypto/mõ in gerara peregrinatiõis ꝑtulerit iniurias: dũ mori pp ſuam ipſius pulchritudinẽ extimuerit. dum ſibi ereptã cruciaref: qõ equiſſimi iudicis dei nõ paſſa fuit iuſtitia: dũ iuſſu diuino ſibi ipſi circumciſionis vulnus iſerri vidit. dũ etiã filium Iſmaelẽ cũ matre eijcerit. deniq; ꝙ dificilimuʒ videbaf: dũ ipſe vir ſuus reliogioſiſſimus Abraã tẽptatus fuit i Imolatiõe Iſaac dilectiſſimi filij: que ref etſi oẽm doloris cruciatũ exceſſiſſe viſus ſit/tñ tãq; fidelif oẽſ iſtas iacturas ꝯſtanti aĩo ꝑtulit. Agnouerat eñi ad celũ hoĩbus/ꝑ aſpera/⁊ duros huius vite anfractus eſſe viã a deo ꝯſtitutã/ quã viã/ nõ tenebãt/q omino tẽptari recuſant: Et iõ maxima eiſdẽ ſucceſſerũt bona: Unde ẽt pp ipſius maxias ⁊ inuãs virtutes/ Arabici ppl'i/q oẽm terrã ab Euphrate vſq; ad mare rubzũ tenẽt: q ex Agar ancilla ꝓpagati ſũt/ad amplioꝛẽ eoꝝ dignitatẽ/⁊ excellẽtioꝛẽ gloꝛiã ſe pocius Saracenos q̃ꝫ Agarenos appellari maluere. ¶ Hec ita q; Sara ſãcta/ diuꝫ clariſſimaꝝ Matronaꝝ parẽs ⁊ Magiſtra/ poſteris oĩb⁹ (vt augurari poſſumus) duo viuẽdi genera cõſtituiſſe viſa eſt/ vnum videlicet cõtemplatiuum/ alterumq; actiuum: Inquibus ipſa tanq̃ꝫ quoddam certiſſimuꝫ exemplum ⁊ Auriga/ ſe ſe omnibus pꝛemiſit. Ut futuras omnes mulieres accenderet ⁊ inflamaret/ ad emulanda omnium virtutum oꝛnamẽta/ ex quibus omnif honos/ omniſq; vera laus perficitur. Et de hac ſatis ſuperque.

Actiue ⁊ cõtẽplatiue inuentrix

De Semiramide Aſſyrioꝛum Regina capitulum quartum



Semiramiſ iſignis Aſſyrioꝝ Regia tpibus Sare ꝑdicte militari diſciplina sexũ mẽtita ſuũ grãdia pluria ⁊ egregia facioꝛa geſſit/ q̃ qdẽ (etſi diſſimilia Sare facioꝛibus ſint hita) illã tam clariſſimã plurimũ reddũt. Hec eñi a nobiliſſimif parẽtib⁹ ꝓgẽita fuit. a qb⁹ iflorida ſui etate/ Nino Aſſyrioꝝ Regi matrimonio iuncta ẽ. ex quo Niniã vnicũ genuit filiũ: Porro cũ Ninus rex vniuerſã Aſyaꝫ ⁊ Bactriã ſibi ſubegiſſet/ ictu ſagitte interfectus eſt. Que cũ admodũ adhuc iuuẽcula remãſiſſet vidua/ ⁊ filius ſimiliter puerulus/ nõ extimãs tutũ foꝛe/ tam grãde Impiũ/ etati tã tenelle comittere: Adeo grãdis ⁊ ingẽtis aĩ fuit/ vt quas ferus maritus armis ſubegerat natiões/ coercueratq; viribus/ arte ⁊ igenio regẽdas/ femina aſſumere auderet. Nã quodã aſtu muliebꝛi/ falacia ꝑgrandi excogitata/ moꝛe viri ipꝛimis decepit ſuũ exercitũ. Erat hec Regina oĩb⁹ liniamẽtis coꝛpis ſimilis filio/ nude vtriq; gene/ ⁊ ꝑſona vtriq; vox/ atq; ſtatura coꝛpoꝛis parũ differebat a puero ſibi nato: Quib⁹ iuuãtib⁹/ ne ipꝛoceſſu/ qõ fraudẽ detegere potuiſſet obeſſet. caput ⁊ bꝛachia/ ac crura vtriuſq;/ velamẽtis ꝯtexuit. Et qm̃ id inſuetũ Aſſyrijs foꝛte viſuꝫ fuiſſet egit (ne afferet hic nouus habitus admirationẽ populo) vt oꝛnatu ſimili oẽs vterenf. Et ſic Nini oli ꝯiunx

filium ⁊ feminam ſimulās/mira cuȝ diligētia mayeſtatem regiam adepta/ eaȝ
militaremqꝫ diſciplinam ſeruauit/⁊ mētita ſexuȝ/grādia multa/⁊ egregia mul
ta viris robuſtiſſimis decētia opata eſt. Et dum nullo labori parcēs/aut peri
culo territa/inauditis facinoribus quorumcūque ſuperaſſet inuidiam/nō eſt ve
tita cūctis aperire que foret:quod ne etiaȝ fraude ſimulaſſet feminea/q̄ꝫ vellet
oſtēdere/nō ſexum/ſed animuȝ Imperio oportunuȝ: Quod quātuȝ aduertē
tibus igeſſit admiratiōis/tātum mulieris maieſtateȝ iclitam ampliauit: Hoc
vt eius facinora paululū protēſius deducamus in mediuȝ:Sumptis(poſt in
ſigne figmētum)virili animo armis/nō ſoluȝ q̄ vir ſuus queſiuerat/tutauit im
periuȝ:ſed Ethyopiam aſe acri laceſſitam bello atqꝫ ſuperataȝ/iūxit eidem: Et
i Indos vehemētia arma cōuertit. Ad quos nūdum preter virum quiſqꝫ acceſ
ſerat Babyloniaȝ inſuper ingēteȝ Hembroth Ciuitateȝ i caldea ampliat. Cu
ius muri(vt philoſtratus hiſtoricus ſcribit)erāt trecenta per circuituȝ ſtadia:
plinius vero reffert:muroꝝ ipſius ſexaginta quatuor paſſuuȝ milia. Craſſitu
do vero quinquagīta cubitos altitudo autē quater tātum:Erat itaqꝫ Babylo
nia membris temploqꝫ/ac validiſſima arce admirabilis:Quaȝ poſtmodū Cy
rus perſarum rex euertit ⁊ complanauit.Semiramis autē preclariſſima muli
er/nō cōtenta acquiſitos a viro regni terminos tueri/ſed ⁊ Ethyopiam quoqꝫ
ſuo adiecit Imperio/atqꝫ indis belluȝ intulit.quo preter illaȝ/⁊ Alexādrū ma
gnuȝ/neminē vnqꝫ itraſſe legimus.Multas preterea ex nouo cōdidit ciuitateſ
atqꝫ alia ingētia pegit facinora:que oia ne dū femina/ſed i quocūqꝫ viro ſtre
nuo/mirabilia atqꝫ laudabilia/⁊ perpetua memoria viderētur celebranda:que
tamē ſuis obſcenitatibus fedauit/illecebris videlicet ⁊ ſturpis.Quia cū inter
ceteras quaſi aſſidua prurigine libidinis vrereť:⁊ plurimos haberet cōcubito
res/ēt Equū(vt plinio placet)quēdaȝ:tm̄ amauit.vt auctore Iuba/cū eo coiret:
Sed nec filio miſceri erubuit/a quo cū cōcubitū expoſtulaſſet ab eodē interfe
cta eſt. Dicēte oroſio/Semiramis libidine ardēs/ſanguinem ſiciēs.cū plurios
quos cōcubitu oblectaſſet/occideret/tādē a filio ꝓprio iterfecta eſt.cū duobuſ
⁊ quadraginta regnaſſet annis: Hec fediſſima femina cū decus ſuū p oia tur
pi nota maculaſſet/putās aſtutia ſua abolere qd̄ laſciuia deturpauerat legē cō
didit:vt circa venerea/liceret agere īpune qd̄ liberet ¶ Timenſqꝫ ne a domeſti Femoraliū
cis feminis cōcubitu fraudereť filij(vt quidā ſcribūt)ꝓma vſum femoraliū ex primū īuētū.
cogitauit omniſqꝫ/oēs aulicas ſubcinxit eiſdē:qd̄ adhuc apud Egyptios ⁊ af
fros obſeruať. Hoc eni laſciuie ſceleſtum facinus/⁊ hec peſtis vbiqꝫ euolare
cōſueuit/adeo/vt niſi eueſtigio e cordibus amoueať:ſenſim incautas hominū
mētes occupet/illaſqꝫ in īmane precipitiuȝ pertrahat ita vt omne decus cuiuſ
cūqꝫ inficiet. ⁊ cōmaculet. Hec itaqꝫ Semiramiſ Regina adhuc viuēs: Ut plu
tarchus refert ſibi ſepulchrum extruxit. iquo hec litteris ſcripſit.Quicūqꝫ rex
pecunijs indiguerit.patefacto hoc monumento/q̄ volueris accipito: Itaqꝫ da
rius perſarum rex lapide ſublato:pecuniarum nihil inuenit. ſed alias litteras
reperit.que hec dicerent ni malus vir eſſes/ac numis inſaciabilis cadauerum
loculos non moueres.

¶ De Minerua capitulum quintum



MInerua que ⁊ pallas femia a poe
tis cãtatiſſima/tpibus Jacob pa
triarche i gretia/multa fuit claritate cõ
ſpicua. Que vt nõnullis placet/⁊ quaſ
marime illi ſtolide hoĩuʒ antiqtati/ nõ
ex mortalibus/ſed e celo lapſa ẽ. ⁊ apõ
Tritonidẽ lacuʒ p̃muʒ iuenta/ex cui⁹
noĩe/poſtea Tritonia appellata ẽ. hec
namqꝫ Jouis p̃mi priogenita fuit. Que
apud rudes Afros cũ multa añ icogni
ta repiſſet/nõ ſolũ ipſi/ſed ⁊ greci/ eam
abſqꝫ matre ex iouiſ cerebro genitã cre
didere. Que iõ/vt pꝫ Auguſtinus ſcri/
bit tãto pclariius dea credita fuit/quãto eius origo minus inotuit. ¶ Iſtã ipſa

Lanificii pria iuẽtrix

p̃muʒ lanificiũ Afris ⁊ grecis oĩbus antea icognitũ iuenit. Oſtẽſo vꝫ quo or/
dine purgata laua ſupfluitatibus/⁊ dẽtibus ferreis mollita: colo apponeretur
Atqꝫ demũ digitis deducẽtibus cõuerteref i filium. Teſtrinũ iſuper excogi

Teſtrini pria iuẽtrix

tauit officiũ: eaqꝫ docuit/quo pacto iternecterẽtur iuicẽ fila. ⁊ tractu pectinis
iũgerẽtur/⁊ pedibus ſolidaref itextum. Jn cuius opifitii laudẽ/pugna iſignis

Oley pria inuentrix

illa eiuſdẽ ⁊ Aragnes colophome recitaf ¶ Vſum p̃terea oley euſqꝫ morta
libus i auditũ/hec iuenit. Docuit eñi atticos Oliuas ſeu Bachas mola terre
re/trapetiſqꝫ p̃mere. Qđ qꝛ multum vtilitatis afferre viſuʒ fuit. ei aduerſus ne/

quadrigaꝝ pria iuẽtrix

ptunũ i noĩandis a ſe Athenis attributa victoria credif ¶ Volũt ẽt hui⁹ fuiſ
ſe opus/cũ iã quadrigaꝝ prima repiſſet vſum/ẽt ferrea armamẽta ad cõtegen/
da corpora i bellis ordiaſſe: ⁊ leges oẽs qbus eatur i pugnã edocuiſſe. ¶ Di

Numerorũ pria iuẽtrix phiſtularuʒ inuentrix

cũt p̃terea eam numeros iueniſſe ⁊ i ordinẽ deduxiſſe/quẽ i hodiernũ vſqꝫ ſer
uatur ¶ Ceteꝝ phiſtulas ſeu Tybias ex paluſtri calamo primã eã ꝯpoſuiſſe
credidere/eaſqꝫ i terras e celo deieciſſe: eo qđ flãtis redderẽt turgidũ gutur/⁊
ora deformia. ¶ Itaqꝫ ob tot cõperta iſignia deytatũ largitrix: antiqtas eidẽ
ſapiẽtie nnmeꝝ attribuit. Quo ituitu Atheniẽſes ſapie ſtudioſi eã i ſuam ſum
pſere patronã. eiqꝫ Arcẽ dicauere: ⁊ Ingẽti tẽplo cõſtructo/ſuoqꝫ noĩ cõſecra/
to/i eodẽ illã effigiauere oculis toruã: eo qꝛ raro noſcaf/i quẽ finẽ/ſapiẽtis ten
dat itẽtũ Galeatã: volẽtes ob id/ſapiẽtuʒ tecta ⁊ armata ſignificari cõſilia: Jn
dutã lorica: eo qꝛ ad quoſcũqꝫ fortune ictus/ſemp armat⁹ ſit prudẽs. ¶ Pre/
terea criſtalino caſſide/⁊ i eo gorgonis caput ifirnm ptectã p̃tendẽs ob hoc/
lucida ſapiẽti oĩa/eẽ tegumẽta/eoſqꝫ ſemp ſerpẽtina aſtutia adeo p̃munitos/vt
ſaxei eoꝝ ituitu videanf ignari. Eius i tutelã poſuere noctuã: firmãtes/p vt in
lucẽ/ſic ⁊ i tenebris videre ſapiẽtes. Hãc añ alia voluerũt ppetua floruiſſe v̾
ginitate: qđ vt pleniori credaf fide finxere vulcanum ignis: deũ cõcupiſcentie
carnis feruorẽ diu cũ ea luctatum fuiſſe/ſupatumqꝫ: Tãdẽ huius mulieris fa
ma/atqꝫ Numinis reuerẽtia/ſe adeo lõge lateqꝫ diffudit tantũqꝫ fauit illi vete
rũ error/vt fere p vniuerſum orbem eius i honorẽ tẽpla cõſtruerenf/⁊ celebra/
rẽtur ſacra: eo uſqꝫ cõſcenderet/vt i capitolio penes Jouem optimũ maximum
que/eidem Cela deducaretur. Et inter potentiſſimos Romanorum deos

cum Junone Regina ⁊ ipſa pariter dea haberetur. Huius autem templum Mileſios fuiſſe admirandum herodotus hiſtoricus ſcribit quod poſtmoduꝫ ab Haliate viro nequiſſime abſumptum fuit. Sunt autem plurimi viri cruditiſſimi qui dicant non vnius Minerue ſed plurium que dicta ſunt fuiſſe comperta: Nam quinque fuiſſe inuenimus. Primam hanc Jouis filiaꝫ/⁊ apolinis matrem: Secundam Nilo ortam/quam Egyptij: Saletem dicunt. Tertiam ex Joue ſecundo natam: Quartam Jouis tertij ⁊ Corſice occeani filiam:quam Arcbades corion nominant/quadrigarum inuentricem:Quintam palãtis filiã/que patrẽ ĩteremit virginitatẽ ſuã violare volẽtem/cui pennarũ talaria affigũt. Que qdem Minerue predictas oẽs inuenere virtutes.

De Rhea ſeu opi capitulum.vj.

Rhea ſeu opis vel ops vraꝫ potentiſſimi hominis coniunx ex veſta filia/temporibus predicte Minerue iter proſpera ⁊ aduerſa huius vite diſcrimina claritate plurima emicuit. Que cum Saturni regis ſoror pariter ⁊ cõiunx eſſet:ex eo Jouem ⁊ Neptunuꝫ atque plutonem filios genuit/quos cum a morte pacta ĩter Saturnum ⁊ Tytonem eius fratrem muliebri aſtutia liberaſſet ſe tantummodo egregiam fecit. Qui filij poſtmodum: cum inſania hominum:cui illius in claritatem



precipue deitatis euaſiſſent: Hec regine non ſolum decus adepta eſt: quinymo errore mortalium:dea inſignis ⁊ deorum mater habita eſt eique templa ſacerdotes ⁊ Sacra inſtituto publico conſtituta ſunt. Adeoqꝫ enorme maluꝫ conualuit:Ut laborantibus ſecundo bello punico Romanis: q̃ꝫ pro ſalutari remedio ſeu auxilio miſſis Conſularibus viris:ab attalo pergami rege Simulachrum eius expetitum:precibus ⁊ ſacrorum ritibus:ex Aſya:cuꝫ ſumma diligentia ⁊ reuerentia Romam delatum:cum ſumma reuerentia ſuſceptum eſt ⁊ ab ipſis tanq̃ꝫ ſublime numen in Inſigne templo locatum fuit. Atque ibidẽ tanq̃ꝫ rei publice ſalutare per multa tempora ceremonijs plurimis cultum ẽ. Mirabile profecto fortune ludibrium:ſeu potius hominum cecitas:⁊ vt melius dicamus:demonum decipula:quorum opere actum eſt. Ut femina longis agitata laboribus:demum ſenex mortua ⁊ in cinerem verſa:⁊ apud inferos alligata:⁊ Dea crederetur:⁊ in tam grande Euum fere ab vniuerſo orbe diuinis honoretur obſequijs.

De Junone Regnorum dea magna capi.vij.

IUno fuit Saturni ex ꝑdicta Opi ſeu Rhea filia que poetaꝝ carmine toto orbi pceteris mulieribus gẽtilitatis labe iſectis/celeberria ꝑdicat̃/tpib⁹ patriarche Jacob ĩ notiſſimũ apud gẽtiles euaſit nomẽ. De qua certe potius egregiã fortunã recitare poſſumus/ꝗ̃ aliqd opus memorabile de ea refferre/ Fuit enim cũ Ioue illo cretẽſe(quẽ veteres deũ celi finxere)vno partu edita atq̃ enutrita:⁊ ab Infantia Samũ trãſmiſſa/⁊ ibidẽ cũ oĩ diligẽtia educata:



Demũ cũ ad pubertatẽ peueniſſet ipſi ioui fratri nupta eſt. Qd ꝑ multa ſecula: eiuſdẽ ſtatua ĩ tẽplo Samij eſt teſtata. Nã exiſtimãtes Samij/nõ modicũ ſibi poſteriſq̃ ſuis afferre glorie ꝙ ſe penes alta/atq̃ deſpõſata Juno ſit/quã celi reginã atq̃ deã arbitrabant̃/ne memoria diluueret. eidẽ ingẽs tẽplũ ⁊ mirabile extruxere. ſuoq̃ Numini dicauere/atq̃ ex marmore cãdidiſſimo eiuſdem ymaginẽ ĩ habitu virginis nubẽtis ſculperũt ⁊ ſuo in tẽplo ipoſuerũt. Hec tã magno regi nupta/excreſcẽte ĩdies fama eius atq̃ imperio/ lõge lateq̃ ipſius nomẽ efferẽte/nõ modicũ ⁊ ipſa ſplẽdoris conſecuta eſt. Sane poſtꝗ̃ poeticis fictionibus/⁊ ĩſana antiquoꝝ liberalitate celi regina facta eſt/que mortalib⁹ regina fuerat. Olympi regnis eã diuitijſq̃ prefecere/nec nõ ⁊ illi cõiugalia iura/ atq̃ parietium auxilia comiſere:⁊ alia lõge plura ridẽda/potius ꝗ̃ credẽda. Ex qbus ſic humani generis hoſte ſuadẽte/multa illi vndiq̃ cõſtructa ſũt tẽpla altariaq̃ pluria/Sacerdotes vates iter quas fuerũt Caſſandra Chryſen vᵹgines tam ipſius Junonis ꝗ̃ Apolinis. ⁊ ſacra atq̃ ludi more veteri ĩſtituta/ Et vt de reliquis taceã/poſt Samos/celebri veneratione/ab Argiuis populis ⁊ Carthaginẽſibus diu multumq̃ honorata eſt. Et poſtremo Romã delata in capitolio/⁊ ĩ cella Jouis optimi/nõ aliter ꝗ̃ iure iũcta ſuo locata:ſub vocabulo iunonis regine a Romanis reꝝ dominis/cerimonijs multiſ/etiã poſtꝗ̃ ĩ terriſ chriſtiana religio ſurexit honorata eſt.

❡ De yſide Egyptiorum dea capitulum. viij.

YSiſ cui antea yo nom̃ erat clariſſima nõ ſolum Egyptiorum regina/ſed eorũ poſtremo ſanctiſſimum ⁊ venerabile numẽ tẽporibus ſanctiſſimi patriarche Jacob iter mulieres illius temporis claras/peregregia fuit/ac memoratu digniſſima:hec itaq̃ celeberrima femina/iprinis Jnaci argiuoruz regis filia fuit:⁊ phoronei ſoror:quã etſi poete fingãt/ad venuſtatem forme placuiſſe Joui/⁊ ob id ab eo oppreſſam/⁊ Argum cuſtodem a Mercurio occiſuz



vaccaq; a iunone/ceſtrũ ſuppoſitũ/ꝛ curſu rapido i Egyptum deuectam/Jbide-
mq; a ſe recuperatam formaʒ.ꝛ ex yo yſidẽ appellatã ab hiſtorie veritate nõ di-
ſcrepãt:Cum ſint q aſſerãt a Joue adultero virginem oppreſſam:eamq; ob ꝑ-
petratũ ſcelus/metu patris ipulſam cũ qbuſdam ex ſuis ꝯſcẽdiſſe nauẽ/cui va
cha eſſet inſigne/ꝛ igenio ingẽti ꝑdiam/aĩo regnãdi cupidine agitataʒ/ꝓſpero
vẽto ad Egyptios trãſfretaſſe.Et ibidẽ acta/regiõe delectata cõſtetiſſe:Ubi cũ
cõperiſſet populos regionis rudes ꝛ inhertes/ꝛ reꝝ hũanaꝝ oĩum fere ignaroſ
ac ritu beſtiaꝝ potius q̃ʒ hoĩuʒ viuẽtes/cũ multo labore/ꝛ celebri iduſtria do
cuit illos terras colere/ꝛ cultis ſemina comittere:ꝛ colectos tãdem fruges/in
cibos ſeu panem deducere: Preterea ẽt illos ſilueſtres ꝛ vagos i vnum redi
gere ꝛ datis legibus:ciuili more viuere. Et qđ lõge ſpectabilius i femina eſt
Litteras ydiomati cõuenietes carateribus adinuenit/ꝛ viris ad doctrinã ip
ſius aptioribus oñdit quo ordine iũgerenť Que adeo marabilia iſuetis viſa
ſũt/vt arbitrarẽtur facile/ipſam e celo lapſaʒ.Et ꝑpea diuinos eidẽ honoreſ ſta
tuerũt.Sed ea mortua/ẽt dyabolo ſuadẽte i tãtaʒ venerationẽ euaſit:vt nõ ſo
lum apud Egyptios ſingulis annis ſacra illi iſtituerenť/ſed ẽt apud romanoſ
atq; alias natiões tẽpla ꝑgrãdia illi cõſtruerenť. Huius autẽ ꝑclare mulieris
Apis rex vir/fuit q cũ eadem yſide multis annis impauit.Sunt tñ qui dicãt
huic yſidi Theglonũ quẽdam fuiſſe virum:ꝛ ex ea Epaphuʒ ſuſcepiſſe.q Egy
ptijs poſtea regnauit.de hac qdem muliere veteres poete multa finxere figmẽ
ta:que ad hiſtoriam non pertinent

Litterarum egyptiarum pria inuẽtrix

De Cerere frugum dea capitulum.viiij.

CEres magna Siculoꝝ re
gina Celi regis filia hiſdem
tpibus qbus ꝛ ꝑdicta yſis/
apud Siculos magno fuit
i pretio.Que ꝑmo cũ ſicanio Siculoꝝ
regi ꝯiugio copulata fuiſſet/tãto ibidẽ
igenio valuit:vt cũ agroꝝ culturã ex-
cogitaſſet.ꝑma apud eos Boues do-
muit/ꝛ iugo aſſuefecit ꝛ aratro atque
vomere adinuẽtis qbus terras ꝓſcin-
deret/ſulcis ſemina primũ tradere ce-
pit.Que cũ i ampliſſimam ſegetem ex
creuiſſent eam ſpicis eruere/lapidibuſ



Bouum domandorum pria inuẽtrix
Arati prima inuentrix
panis cõficiẽdi pria inuẽ

terrere/panem cõficere/ꝛ in cibum deducere(homines glãdibus ꝛ pomis ſilue
ſtribus aſſuetos)edocuit.Ob quod meritum/cũ eſſet mortalis femina/eam fru
gum deam Sicculi arbitrati ſũt.ꝛ diuinis honoribus ipſam extulere/eãq; Sa
turni ꝛ Cybeles credidere filiam: Huic tãtum vnicam ex Joue filiam ꝓſerpi-
nam fuiſſe dicunt/quam eidem Orcus Moloſſorum rex furtim rapuit.Quam
cum diu queſiuiſſet.poete veteres multas confixere fabulas.¶ Altera Ceres
apud Eleuſim Attice regionis Ciuitatem etiam fuit eiuſdem meriti penes ſu-
os clara/cui Triptholomum obſequioſum fuiſſe tradunt/Quam vetuſtas ip-

Ceres altera fuit

ſa ſtolida/⁊ deitate ⁊ honoribus eque extulit ſub vno tātum nomine/ambarū ingenia extulere. Harum itaq; mulieꝝ ingenium magno equidē preconio dignum exiſtimo. q vagos ſilueſtreſq; ⁊ īdoctos homines/e nemoribus ad vrbes trāſtulerint/⁊ pollitico modo eos viuere docuerit. Quod ferino modo viuētes/ad meliorē viuēdi modū edocuerint. Quod corpora lucidiora vegetioraq; membra/ex alimētis humano vſui ꝯformiora preſtiterint. Quod orbē arboribus vepribuſq; incōpoſitū ⁊ īcultū ī maximam pulchritudinē ad vtilitatē publicam verterint. Quod deſides aīos ad quādā cōtemplationē excitauerint. Quod vires hominū fractas ⁊ deſides ī ex ruſticitate quadā in vrbanū exercitiū traxerint Ex qbus ampliate cōditeq; ſūt vrbes innumerabiles: aucta quoq; ſūt Imperia/ atq; alia plurima bona prouenere/Quibus certe humanū genus pp tot tantaq; benefitia plurimum debere confiteor.

¶ De Marpeſa Amazonū prima Regina capi. x.



Marpeſia ⁊ Lāpedo Amazonum inuicē Regine ſorores tpibus Jacob fuere: que qdem ob illuſtrē bellorum gloriā ſe ſe martis vocauere filias: Quaꝝ qm̄ pegrina eſt hiſtoria: illaꝝ paulo altius repetemus: E Scithia igitur ea tēpeſtate ꝓuintia vtiq; ſilueſtri ⁊ fere extheris īacceſſebilli que qdem ſub Artheo climate/⁊ ſe vſq; in occeanū ab Euſino ſinu diſtendit ſileſius ⁊ Scholapicus qdam regii Juuenes factiōe maioꝝ ſuoꝝ pulſi: cū pte popl'oꝝ iuxta Thermadontē Capadotie flumē deuenere: ibiq; cyriis cāpis occupatiſ raptu viuere: ⁊ īcolas latrociniis īfeſtare ceperūt. A qbus tractu tpis ꝑ īſidias fere oēs trucidati ſūt hoīes. Quod cū egre ferrent viduate cōiuges/⁊ ī ardorē vindicte deueniſſent/feruide/cū paucis q ſupfuerāt viris/iarma ꝓrupere: Et primo impetu facto, hoſtes a ſuis ſubmouere finibus: Inde vltro circūſtātibus ītulere bellū. Demū arbitrātes ſeruitutē potius q̄ cōiugiū: ſi exteris adherrēt hoībus/⁊ feminas ſolas poſſe ſufficere bellis ⁊ armis/ne mitiores viderent habuiſſe deos: ceteris: e qbus viros a cede finitimoꝝ fortuna ſeruaſſet/cōi cōſilio irruētes ī ſuos/oēs interemere. Inde ī hoſtes furore cōuerſo quaſi virorū neces ulture/illos adeo cōtriuere/vt ab eis pacē īpetrarēt. Qua ſucepta/ad ſucceſſionē cōſequendā/viciſim finitimis adherebāt ⁊ cū ꝯcepiſſent. e veſtigio reuertebant īſedes ſuas. Tandem qui naſcebant mares occidebant ſtatī/feminas aūt reſeruabāt/⁊ ad militiam cū diligētia inſtruebant/Et dū adhuc tenelle forēt/mamillas dexteras igne aut alio medicamēto eis aufferebat: ne adultis exercitiū ſagitādi ipſa īpediret manilla. Siniſtra aūt linquebat īacta/vt ex illa nutrimēta porrigerēt naſciturīs. Ex quo Amazonū vocabulū ſortite ſūt ab. A. ē q o ſine/⁊ mazonū māma/q̄ſi ſiñ māma: Nec eiſ ī alēdis femiſ erat ea

Mos feminarum amazonum in filiis ſuis

cura que nr̄is. Nā colo calatiſue alijſcꝫ mulieribus exercitijs abiectiſ:venatio
nibus:diſcurſionibus:domatiōibus equoꝝ:laboribus armoꝝ aſſiduis ſagita
tiōibus:ꝛ huiuſmodi exercitijs:maturiores puellas durabāt: inaptitudinem
ꝛ virili robur quibus artibus nō ſolū Cyrios tenuerūt cāpos a ſuis olim ma
ioribus occupatos:qn ymo Europe igēti parte belloꝝ iure q̄ſita:plurimū aſie:
occupauere formidabileſcꝫ oībus deuenere:Sane ne viribus deeſſet regimen
añ alias Marpeſiam ꝛ lāpodonē has poſt ceſos viros:ſibi iſtituere Reginas
ſub quaꝝ auſpitijs:ſuū plurimū auxere Impiuꝫ: He quidē cū militari diſcipli
na iſignes vticꝫ eſſent partitis itra ſe ꝓuintijs(vt puta)cū vna i regni tutelam
ſubſiſteret:reliqua:parte copiaꝝ ſumpta:ad ſubitiēdos finitimos eaꝝ impio:i
cedebat. Et ſic viciſſim maximis partis predis:auxerūt aliquādiu rēpublicaꝫ
ſuā. Veꝝ cū lampedo ad vltimū i hoſtes duxiſſet exercitū:repētino barbaroꝝ
circū adiacētiū icurſu:Marpeſia nimiū ſui fidēs aliqbus filiabus relictis:cuꝫ
parto copiaꝝ ceſa eſt. quid autē de lāpedone eius ſorore factū fuerit:nullibi i-
uenit. Has tn̄ Reginas lōge añ tpa iacob fuiſſe multi aſſeuerant:vt ꝛ nos in
ſecūdo chronicorum noſtrorum libro cōmemorauimus.

De ypermeſtra optima Lyncei regis vxor capitulum. xj.

Ypermeſtra danay argiuo
rū regis filia ꝛ lyncei regiſ
cōiunx tpibus Moyſi pro
phete:ꝛ genere ꝛ dignitate
ac pietate clara plurimū fuit: Naꝫ vt
in tertio chronicorum noſtroruꝫ libro
ſcripſimus: danaus ꝛ egiſtus fuere
fratres: bellique priſci filij:ſpectabi-
les quidem:ꝛ imperio preheminentes
Duoꝝ prolis nō fuit equa fortuna:eſto
numerus equus quia danao quinqua
ginta filie fuere:ꝛ Egiſto totidē filii ma
ſculi:Sane cū danaus habuiſſet ora-



culo:q manu nepotis occidendus eſſet. dū tremore hāc obrem plurimū ange
retur:cuius ex tāta filiarum multitudine ſuſpectas deberet habere manus cō
tigit:vt filie ipſius oēs iūgerent cōiugio cū filijs Egiſti:deſponſatiſcꝫ filiabus
nepotibus ſuis/filijs videlicet Egiſti:Cū ſacruꝫ nuptiale pararet danaus filiaſ
ſuas omnes ſūmopere premonuit vt ſi ſalutē ſuā vellēt/vna quecꝫ viꝝ ſuū no-
cte prima. dū ſomno graui illigatū cognoſceret:gladio pimeret. quod omnes
gladijs clam cubiculis ſuis illatis:marcētes crapula Iuuenes:iuſſu paterno i
terfecere:Sed ſola ypermeſtra abſtinuit: Apposuerat qppe iam animū ſuū
in ſponſuꝫ:eueſtigio:vt viderat illū diligere cepit. Et ob id puellaꝝ more:ei cō
paſſa:ſua cū ingēti laude a funeſta cede abſtinuit. Iuuenicꝫ fugam ſuaſit. ꝓ
qua mortem euaſit. Veꝝ cū ceteris mane:ob ſcel⁹ patratū crudelis pr̄ applau
ſiſſet:ſola ypermeſtra obiurgata:ꝛ carcere clauſa pium aliquādiu fleuit opus
Veꝝ poſtq̄ crudelis ꝛ truculētus ſenex:qnquagita annis regnaſſet:dei iuſto

iuditio/manus lyncei nepotis euadere nō potuit/qn ille ſuus nocuus ſanguis effunderet/que multo nepotū ſanguine redimere potuiſſet. Qui tādem regno pulſus ⁊ fugatus trāſfretauit ī gretiam: ⁊ argiuoꝝ regnū īgenio ⁊ viribus lyncei occupatū fuit. Qui ī eodē ꝑ danao patruo regnauit: memorq; ipſius truculētie illū gladio necauit. Eductaq; e carcere ypmeſtra/eaq; muliebri alias meliori honore ſibi ꝯiugio iūcta/regni ꝑticipē effecit. Que nō ſolū regina effulſit. ſed Junonis aragne ſacerdos effecta/cādore duplici ſplēdoris/ornata cōparuit. Et cum ſorores ī turpē abijſſent īfamiā/ipſa ob comēdabilē pietatē/ nomē ſuum/omni laude dignum ad nos vſq; dimiſit inſigne. At danaus qui plurimo nepotum ſanguine/ſuos iam tremulos annos/ampliare niſus fuerat/ſe robuſta ac ſplēdida nepotū acie nudauit/⁊ perhenni ſe cōmaculauit infamia

¶ De diana que ⁊ luna capitulum. xij.



Diana que ⁊ luna Appollinis delphici ſoror: ⁊ Jouis ſecūdi ex lathona filia temporibus egyptiace ſeruitutis. hoc eſt anno añ chriſti dñi noſtri aduētum/nonageſimo ſexto poſt milleſimū quīgēteſimū. apud delphos virginitate perpetua īſignis plurimū fuit. Et licet Cicero de natura deorū dyanas multas fuiſſe dicat hāc tamē precipuam ⁊ nominatiſſimam fuiſſe ſcribit Cui oīa decora attribūtur. Eo ꝙ ob virginitatis amorem/ſpreto hominum cōſortio ſiluas petijerit/⁊ venationibus plurimum operam dederit. Quare eam cum Arcu ⁊ pharetra veteres depinxere: Atq; nemorū ⁊ mōtium eam dixere

Diana fuit viarū preſidiuz. pria veſta

deā: Voluereq; ipſam curru vti a ceruis albis tracto. Et ppea virgines plurie eādem ſimili modo ſequebātur: Unde ⁊ Nimpharū cōſortio ⁊ obſeqo vſam fuiſſe dixerūt. Voluerūt preterea ipſam viarū preſidium fore/⁊ vna cū luna multis vocauere noībus. Ipſa namq; fuit femina: que more ſctīmonialiū noſtri ſeculi/libidinis pruritū oīno a ſe abdicauit: Et ideo ſtulta gētiliū opynio eā lunā dixit: eo ꝙ lune planete cōuenire perpulchre viſa ſit. ¶ Que ſuo frigore cōcupiſcētias venereas refrenare habet ⁊ nemora mōteſq;/nocte/ſuo luſtrare lumine/ei ad lunam ſpectātia/tanq; ſi ipſa luna eſſet: Hec Orionē Neptuni filium eam viciare volentem occidit. Et idcirco eidem hoſtie ſacre ex humana carne fiebant. Habuit enim apud Epheſum templum admirandum magna frequētia ⁊ religione frequētatum: Hec quoq; a parturiētibus plurimum iuocabatur/eoq; primum vt nata fuit parturiēti matri/Appollinem fratrem ſuū/ obſtetricis officium exercuiſſe ſeruius ſcribat.

De Niobe illuſtri Thebanorum Regina capitulum. xiij.



NJobes illuſtris femina Tā
tali frigioꝝ regis filia ꝛ am
phionis Thebanoꝝ clariſſi
mi regis cōiunx temporibꝰ
Othomel hebreoꝝ Judicis:ꝛ ante do-
mini noſtri ieſu chriſti aduētum/anno
decimo nono ſupra mileſimuꝫ quadri
gēteſimum.inter egregias ſui tempo-
ris feminas notiſſima euaſit. Hec pe-
lopis regis ſoror fuit. Que tam Jouis
prole ꝙ̄ quia precipua valeret facūdia
/cum eſſet fecūdiſſima mulier/ſepteꝫ vi
ro ſuo peperit filios ꝛ totidem filias.
Quod qdem munus/cum ſapiēti pro fuiſſe debuiſſet.ſuperbiēti exitium fuit:
Nam tam ſplēdore cōſpicue prolis/ꝙ̄ maioꝝ ſuoꝝ fulgore elata/etiam i numi
nibus obloqui auſa ē.Erāt equidē iuſſu Māthonis thyreſie vatis filie/ſoliciti
dierū vna thebani cura ſacruꝫ lathone matris Appollinis ꝛ dyane veteri ſup-
ſtitione venerādis Numinibus/cum quaſi agitata furijs circūſepta natorum
acie:Et regijs iſigita notis:Proſiliuit imediū niobes clamās/ꝛ dicēs:que naꝫ
eſſet thebanoꝝ demētia:Lathone ſacra diſponere/ꝛ extheram feminā duos tā
tum ex adulterio enixam filios/ſibi eoꝝ regine/rege thātalo nate/ꝛ que quatu-
ordecim eis vidētibus illis/ex cōiuge peperiſſe gnatos/ſibiqꝫ tāꝙ̄ digniori ce-
rimonias illas deberi:Tādem paruo temporis ſpacio/factum eſt/vt ea vidē- quātū obſ ſunt ſuper
te/eius nati omnes pulchra iuuētute florētes infra breue ſpatium/letali peſte ble mala:nō
abſumerētur.Et Amphion/ꝙ ex patre quatuordecim filioꝝ repēte orbus fa-
ctus eſſet:ꝛ dolore impellēte/manu propria gladio ſe ſe trāſfoderet. Exiſtimā
tibus thebanis hec ira ſuperū vlciſcētiū/numinis iiuriā cōtigiſſe:Niobes aūt
tot funeribus ſuperſtes/vidua meſtaqꝫ.i tam grādem atqꝫ obſtinataꝫ tacitur
nitateꝫ deuenit.vt pocius imobile ſaxum videret/ꝙ̄ femina: Quam ob cauſā
a poetis poſtea fictū eſt/eam apud ſypilū/vbi ſepulti fuerāt filij/i lapideaꝫ ſta
tuam fuiſſe couerſam. ¶ Durum quippe eſt/ac valde odioſum ſuperbos ho-
mines nō ſolū tollerare/ſed etiaꝫ aſpicere/mulieres vero faſtidioſum ꝛ quaſi i nota
portabile.cū illos feruētis animi atqꝫ elati/vt plurimū natura ꝓtullerit. Has
vero mitis igenij ꝛ remiſſe virtutis/lautitijs pocius ꝙ̄ Imperijs aptas ꝓdu-
xit.Quā obrē mirabile minus/ſi i elatas dei ꝓcliuior ſit ira ꝛ Juditiū ſeuum/
quotiēs eas ſue debilitatis cōtingat excedere terminos.vt iſcipiēs hec Niobes
fecit/fortune deluſa fallatia/ꝛ ignara:qm̄ ample prolis parētem fore/nō virtute
parietis:ſed nature opus eſſe.Satis igit illi:ymo debitū erat/deo ex cōceſſis
egiſſe grās ꝙ̄ ſibi diuinos qualeſcūqꝫ queſiſſe honores/tanꝙ̄ ſui fuiſſet opis/
tā numeroſaꝫ prolē atqꝫ cōſpicuam peperiſſe.Que dū ſuperbe pocius ꝙ̄ pru-
dēter operata eſt/egit.vt iſortuniū viua fieret ꝛ poſt multa tempora/ſuū nomē
poſteritati fieret exoſum:

¶ De Aragne ingenioſa muliere capitulum.xiiij.



ARagnes aſyatica femina cuiuſdã ydomõij colophonij plebei lanarũ tictoris filia/ tẽpibus pdicte Iliobis/ nõ nullis meritis clariſſima fuit. Cuiuſ iter cetera lanificiũ ſuuʒ fuiſſe inuẽtum plurimi tradũt. ¶ Eamqʒ primã rhetia excogitaſſe: ſed que/ aut aucupatoria/ ſeu piſcatoria fuerint/ icertũ eſt. Et cũ eius filius noie cleſter fuſos lanificio aptos reperiſſet: arbitrant quidam hãc teſture artis pricipatũ ſuo tpe tenuiſſe/ tãqʒ certa hãc grãdis ingenij vt dig'tis filiſqʒ ⁊ ſpatula: ⁊ alijs tali exercitio opportunis id egiſſe/ qđ pictor pegiſſet piniculo. Nõ equidẽ i muliere ſpernẽdũ exercitiũ: Sane/ dum nõ ſolũ ypheis que habitãs: textrinã habebat/ ſed vbiqʒ fama ſe celebreʒ audiret/ adeo elata eſt/ vt auſa ſit aduerſus Mineruã/ que ⁊ palladem/ huius artis inuẽtriceʒ certamẽ inire: ⁊ cũ ſe ſupari equo aio ferre nõ poſſet/ accepto laqueo/ vitã finiuit. Ex quo/ locus fingẽdi/ poetis dat⁹ ẽ. Nã cũ noie exercitioqʒ Aranea vermiſ cũ Aragne pueniat: ⁊ filo pẽdeat/ vt ipſa laqueo pepẽdit/ Aragnem deoꝝ miſeratione i Araneã vermem puerſam dixere: ⁊ aſſidua cura pſtino vacare ſeruitio: Alij vero dixerũt: ꝙ eſto laqueum iduerit moritura nõ tamẽ mortuam: adiutorio iteruenientẽ ſeruorum: ſed artificio poſito/ dolore vacaſſe.

Lanificiũ primum inuentum

rhetis prima inuentrix

fuſi itẽ prius fabricator

¶ De Delbora prophes hebrea capitulum. xv.



DElbora pphetes femia/ natiõe hebrea ex tribu Effraym cuiuſdã viri tribuſ ſue noie lapidoth vxor/ pplíqʒ Iſrael iudex ⁊ priceps/ anno añ aduentũ dñi nři ieſu xpi/ vigeſimo/ ſupra milleſimũ ⁊ trecẽteſimũ/ ſuſcepto ppli ſui pricipatu/ tñ ſctimonia belliſqʒ valuit vt multis ppli ſui Impiũ honorib⁹ amplíauerit/ ipmqʒ populũ ſuũ a finitimiſ cananeis varijs ac plurimis vexationibus oppreſſuʒ ingẽti ꝟtute liberauerit/ atqʒ eũ i libertatẽ pmaximã p vigiti ãnos vẽdicauerit. Nã Aioth hebreoꝝ iudice optio plãe viro vita fũcto/ cuʒ ppls iſrael ab iſtitutiſ ⁊ pceptiſ dñi plurimũ ðfluxiſſet/ ⁊ Apidiſ vitulũ/ atqʒ alia gẽtiũ portẽta adoraſſet diuinã miſericordiã ⁊ benignitatẽ iſenſiſſime offẽdit. Quoꝝ quidẽ igratitudie dñs pmotus (illos iſectãdo) i manus iabi cananeoꝝ regis affligẽdos tradidit. q i Aſeroth Ciuitate regnabat. Qui hẽbat armatoꝝ. ccc. milia eqtũ. x. milia/ ⁊ Curuũ tria milia poſſidebat. In ipa ſua militia Syſara dux erat. apud regem honore primus. Qui veniẽs ad iſraelitaſ vehemẽter p

Iabin cananeorũ regis potentia magna

:xx.annis afflixit ita vt tributa eis imponeret. Qui dum crudelem in modum opprimerentur: agnoſcentes has calamitates ſibi pro legum ↄtemptu eueniſſe/ hanc prophetiſſaꝫ Delboram rogauerunt/ vt deum pro eis deprecaretur. quatenus miſericordiam haberet eorum: ⁊ ne deſpiceret eos a chananeis oppreſſos. Que populi ſui pietate permota/ dominum deuꝫ patrū ſuorum oratiōibuſ ⁊ obſecrationibus exorare nō deſtitit. Cuius orationibus īclinatus dn̄s/ eoruꝫ ſaluti annuit: ⁊ Cōfeſti Barach de tribu neptalim ducē elegit viruꝫ vtiqꝫ robuſtiſſimū/ Quē cū ad ſe euocaſſet/ mādauit vt exercitū .x. miliū pugnatoꝝ tribubus neptalim ⁊ zabulon ſibi delegeret/ ⁊ ad hoſtes ꝓcederet i trepidus/ qm̄ victoriā reportaret. Cumqꝫ Barach/ nō ſatis ſibi cōfidēs dixiſſet/ nō ſe exercituꝫ fore ductuꝝ/ niſi ⁊ illa quoqꝫ vna ꝓcederet Illa vt erat femia iuicti ⁊ excelſi aī: maxia fide ꝑmunita/ irata dixit: Tu qdē ml'ieri dignitatē quā cedis de⁹ tibi cōtulit. ego nō refutabo: Et cōgregātes ꝑdicti exercitus numeꝝ/ caſtrametati ſūt apud mōtē thabor: Quibus Syſara exercitus dux obuiā venit. ⁊ nō ꝓcul ab eis caſtra fixit: At delbora cuꝫ Barach fide ꝑ maxima ꝑmunita/ cōtra eos viriliter i certamē acceſſit. Cōgreſſuqꝫ facto/ vniuerſuꝫ Jnimicoꝝ exercitū fuſuꝫ: ad iternicionē vſqꝫ fugauit Syſara ꝓo exiliēs de curru: cū videret fugā exercitus ſui. ⁊ ipſe fugiēs venit ad quādā mulierē/ cenidelaꝝ noīe Ialis. quā rogātē vt celaret: eū ſuſcepit. ⁊ petēti dedit lactis potū: Erat eni fatigatus: ⁊ cū nimiū bibiſſet: ſtatiꝫ i grauiſſimū ſomnū ē ↄuerſus: Jlla vero illico dormiēti ferreū clauū ꝑ timpus īmiſit: ⁊ eū maleo ꝑcuſſuꝫ: ad terrā vſqꝫ depoſuit: ⁊ hoib⁹ delbore poſt paululū venientibus eum oſtendit terra defoſū: Hacqꝫ victoria delbora elata ēt exercitū ſup Aſſur mouēs: ⁊ obuiā veniētē īteremit Jabi: ⁊ cadēte Rege Ciuitatē cepit: ⁊ ad fundamēta vſqꝫ vniuerſaꝫ euertit. Ac ſic trium ꝑhus ꝑmaximus hebreis ꝑ feminā acceſſit: Jpſa autē ne tm̄ bonū victorie ſibi ſed deo oīpotēti aſcriberet: ꝓ taꝫ ſplēdida victoria: cū eſſet ēt mulier eruditiſſima: ſup hoc hymnū dn̄o decātauit ſuauiſſimū. vt habetur libro Judicū capitulo quinto: Barach autē poſt hec princeps fuit per .xl. annos hebreorum.

De Erythrea Sybila vna ex decem capitulum .xvi.



ERithrea ſeu Eyrphilla Sybilla: ex decem Sybillis ſecūda: temporibus predicte delbore Judicis: plurimuꝫ apud Erithream Jnſulā iſignis ⁊ honorata fuit: Hec qppe cū eēt femia admodū timorata: reꝝqꝫ diuinaꝝ magne deuotiōis ac maximi igenij marie illuſtrata: necnō ⁊ magni meriti apud deū oīpotētē meruit diuio mūere tāta claritate futura ↄ̄ſcribē: vt euāgeliū poti⁹ quā vaticiniū diceres. Nā de chriſti incarnatiōe: paſſioueqꝫ: ac reſurrectione: nec nō ⁊ ↄ̄ btā ꝟgie Maria: atqꝫ ↄ̄ Judeoꝝ regno pluria apptiſſime ꝑdixit: De

unde percūctantibus grecis de expeditione Ilii:tanta claritate ſuos labores ⁊
Illionis excidiuȝ pulchro deſcripſit carmine/vt nil poſt factum/q̄ȝ ante clari-
us noſceretur: Aliiſqȝ carminibus varios caſus Imperij Romani complexa
fuit.atqȝ alia futura prope innumerabilia archana diuine menti/ita aperte cō-
ſpicit/vt eam hiſtoriam dictaſſe/nō venturos actus diceres. Quibus meritis/⁊
dilectiſſimam deo fuiſſe arbitrādum eſt:⁊ preceteris gentilium feminis vene-
rādam:Floruit quoqȝ perpetua virginitate/ꝙ profecto credēdum oīno ē. Cuȝ
nō i cōtagioſo pectore tāta futurorum lux/nullatenuſ defluxiſſe potuiſſet.Qui
bus illuſtrata virtutibus/tandem beato fine quieuit.

¶ De Medea Colcorum Regina capi:xvij.



MEdee colcorum regine/que
fuit temporibus predicte
Sybille/vitam/nō inter cla
ras mulieres vtiqȝ compu
tādam/pro cautela tamen multarum
mulierum/que neſciunt ſuos a noxijs
aſpectib⁹ cohibere/oculos putaui ſcri-
bendam. Quia ex eorum impudentia/
ſepe plurima proueniūt.mala.vt ex do
cumento huius perpulchre/elicere poſ
ſumus: Fuit itaqȝ hec Medea ſeuiſſi
